



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Reprobatus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10447

est revocatum, nec obstat dicere, quòd tueor partem meam, & ago causam propriam deferendo Episcoporum auctoritatem, cum sim Episcopus, quia fateor ingenuè in Episcopatu meo, vel paucas, vel tenuissimas habere collationes, sed amicus Plato, amicus Socrates, & veritas per se elucet, Tull. r. Offic.

Decimò, nota mensem positum in d. c. statutum, currere à die vacationis, non notitiæ, sicut dicitur in c. licet de suppl. negl. pral. & de jur. patr. gl. in d. c. statutum, in ver. numerandum, quia hoc est interdictum in favorem Ecclesiarum vacantium, ne diu vacentur:

Decimoprimum, nota quòd dicta beneficia, & dignitates sic ad Ordinarium devoluta beneficio, d. c. statutum, & indulgentia, d. capit. si Apostolica sede, conferri debent ab Ordinario intra legitima tempora, prout in c. secundo, de concess. prabend. iterum fit devolutio ad sanctam Sedem Apostolicam, & etiam per regulas Cancel. à Pontifice successore, prout dixi superius in ver. regula Cancellaria, & sic ego practicavi in Episcopatu meo Minorenli, inveni dignitatem Archidiaconatus vacantem, quasi per annum, & quandam parochialem, & quandam beneficiuncula Sede Episcopali vacante, quasi per triennium, quæ propter eorum tenuitatem à nemine impetrabantur, quia ut vulgò dicitur, *Era piula spesa, che la presa*, & impetravi facultatem à sanctissimo Domino nostro Elem. VIII. conferendi illa favore, & intercessione Illustrissimi Card. Cinthii Nepotis e-

iusdem Sanctitatis, hoc anno 1597. quæ univi capitulo pauperrimo pro distributionibus quotidianis, ad horas canonicas recitandas, quod prius non erat.

Decimosecundo, reservatio beneficiorum facta à Papa currit non solum à die reservationis inclusivè, prout supr. in ver. alternativa, §. 5. sed à momento temporis, Gem. in c. si eo tempore, ver. quero, de elect. lib. 6.

Decimotertio, reservationes factæ à Papa expirant per mortem illius, Gem. in cap. 3. ver. quod nota, de offic. leg. lib. 6. vide in 1. part. in ver. beneficium, §. 2. ver. fallit quintò.

REPROBATUS.

Reprobus ob vitium, super eadem lepra percutitur per regulam, qui semel malus. Hest. in tit. de elect. §. nedum criminandus, nu. 10. quod nota pro concurrentibus ad beneficium, licet adveniente mutatione morum in melius possit admitti, ita sac. Conc. Trid. sess. 25. c. 14. de refor. donec post manifestum, ratio est, quia mores variantur, in disput. 6. de Petro, 47. dist. & Cavalc. dec. 19. & dictum est in ver. concursus, in ver. Ordo, & in ver. dimissoria.

SEDES EPISCOPALIS, SIVE THRONUS.

Sedes Episcopalis, sive thronus Episcopalis, quid significet? Respondetur ex decretis Urbani Papæ primi, ut habe-